

ea de causa potest actione aquae pluviae arcedae, vt ex se est notissimum, & habetur. l. 14. ti. 3. par. 3.

38 Quando aliquis in agro suo praefcindit uenas, vnde aqua deriuatur in fontem, aut in puteum vicini, aut fodit puteum in praedio suo, eaque ratione in causa est, vt aqua putei vicini in suum puteum confluat, aut suo vitium, nisi esset seruitus constituta. vnde de his non liceret, eaque de causa non competit aduersus eum actio aquae pluviae arcedae. Si tamen solo animo nocendi uicino id efficeret, (quod praefumitur, quando sine villo suo emolumento id faceret, vt cum Paulo Castrensi notat Gregor. Lopez. l. 19. ti. 2. par. 3.) tunc ex iuris aequitate actione de dolo prohiberetur, cogereque rem ad statum pristinum reducere. Ita habetur. l. 1. §. ij. dem. aiant. 2. & l. si in meo. ff. de aqua plu. arc. l. fluminum. §. vlt. & l. Proculus. ff. de dam. ini. & l. 19. citata.

39 Quando aliquis actione aquae pluviae arcedae cogitur destruere opus, vnde aqua nocet, solum tenetur id destruere, redigere rem in pristinum statum, quantum praesens sit satis, vt aqua deinceps non noceat. Ita habetur. l. si usufructuarius. §. non aliter. ff. de aqua plu. arc.

40 Quando post litem contestatam de aqua pluviae arceda, factum est aliud opus, si ex illo nouum nocumentum timeatur, noua actio erit intentanda. Ita habetur. l. Anteus. §. vlt. ff. de aqua plu. arc. Quando vero post litem contestatam factum est aliquid aliud, quod destrui sit necesse ad illud aliud opus destruendum, ob quod litis est contestata, tunc simul eatenus destrui debet, quod post litem contestatam est factum, quatenus necesse sit ad illud aliud destruendum. Ita habetur. l. sed interdum. ff. eo. tit.

41 Quando dominus ipse fundi, in quo opus est factum, pro quo competit actio aquae pluviae arcedae, illud fecit, aut fieri mandauit, vel ratum habuit noie suo esse factum, tunc sumptibus illius destruendum debet, & factioque debent damna, post litem contestatam, in de subsequuta. Idem dicit de haerede illius post mortem eius: reputatur enim ac si ipse id opus fecerit, ad effectum, vt de bonis defuncti teneatur illud destruere, & soluere damna subsequuta. Ita habetur. l. quam. §. de Iulianus. l. si colonus, & l. tertius. §. Cel sus. ff. de aqua plu. arc. Neque licetur ab opere destruendo, & ad soluendum damni post litem contestata sequitur, si dicat, se cedere praedio, in quo id opus fecit. Ita habetur. l. is cum. ff. de aqua plu. arc.

Quando vero alius, domino praedij nec tacite nec expresse iubente, nec ratum habente, id opus fecit tunc dominus praedij solum tenetur pati, vt id opus destruatur, quantum satis sit, vt damnum cesset; no tamen tenetur soluere expensas necessarias, sed vicinus ad eas, & ad damna sequuta, agere potest aduersus eum, qui id opus fecit, actione quod ui aut clam, imo & actione in factum legis Aquiliae subsidiaria. Quod si dominus praedij ex demolitione eius operis damnum alijs rebus suis timeat, petere poterit, vt, antequam destruat, sibi caueatur de damno infecto, neque aliter pati tenetur, vt demoliat. Quo loco obserua. Quae dicta sunt de supradicta procedente, de missione in possessionem ex primo & ex secundo decreto, quando aliquis non vult cauere de damno, quod ex re illius timeatur, intelligenda esse de damno, quod ex eo timeatur, quod periculum sit, ne res facta contrahat ac noceat: non vero de damno, quod timeatur ex re, quam facere, augere, aut demoliri aggre ditur: in his enim euentibus cogendus omnino est, ea non aggredi, aut ab eis incipere omnino desistere, vel cauere statim de damno infecto, quod inde timeatur, vt in eo exemplo, & in alijs, quae subijciemus, iuxta iura citata: id quod perspicue ipsamet na tura rei est ligata. Quod si mancipium domini praedij id opus fecit incipio, nec ratum habente domino, sic

dominus praedij tenetur suis expensis id opus demoliri, & soluere damna subsequuta, vel mancipium pro eis expensis, ac damnis, noxae dare. Si autem, qui id opus fecit, erat colonus domini praedij, aduersus illum est agendum vt soluat expensas & damna. Si autem dominus praedij loco illius ea soluerit, tunc agere poterit aduersus illum actione locati, aut etiam negotiorum gestorum, ut ea ipsi perfoluat; & eodem modo a quo cunque alio extraneo, qui idem opus similiter fecisset, posset repetere eas expensas pro eo factas actione negotiorum gestorum. Hac habetur. §. idem Iulianus. l. si colonus, & §. Celsus. citatis. Quando procurator vniuersalis domini praedij id opus fecit, sine domini mandato ac uoluntate, & scientia. l. quamquam citata. §. vlt. videtur illi, dominum ob procuracionem vniuersalem illi datam, teneri ad expensas & damna, sed posse illa repetere a suo procuratore interdicho quod ui aut clam, vicinique eodem interdicho agere poterit aduersus eundem procuratorem, vt illa sibi soluat, si maluerit agere aduersus illum, quam aduersus dominum praedij.

Quamuis actio aquae pluviae arcedae directa, & quae de summo iuris rigore conceditur, solum competit proprietario, & aduersus proprietarium, non vero usufructuario, & aduersus usufructuarius, quod ad vnum pertinet proprietaria, & ad alium solus usufructus, si vel tali agro aqua ex opere facta in vicino praedio noceat, vel ex opere facta in eo agro aqua noceat vicino agro, vt litis tamen actio competit usufructuario, tum aduersus proprietarium, si in eo ipso agro opus efficit, vnde aqua usufructui eiusdem agrum noceat, tum etiam aduersus vicinum, si in vicino praedio opus faciat, vnde aqua similiter eidem usufructui noceat. Competit item utilis actio aduersus usufructuarius aquae pluviae arcedae, si in praedio, in quo usufructum habet, opus efficit, vnde aqua vicino agro noceat: in quo euentu dominus agrum vicini agere poterit actione directa aduersus proprietarium, si potius eligat aduersus illum, quam aduersus usufructuarius, agere. Ita habetur. l. 3. §. vlt. & copiosius. l. si usufructuarius. ff. de aqua plu. arc.

Obserua tamen, quando aliquis emphyteuta efficit, aut feudatarius, praedij alicuius, tunc quia ad ipsum integre ac plene spectat dominium vile eius praedij, vt ique eidem competet directa actio aquae pluviae arcedae, si agro, cuius haberet emphyteusim, aut feudum, aqua noceret ex opere facta in praedio vicino: similiterque competit aduersus ipsum eadem directa actio, si ex opere ab eo facta in praedio emphyteutico, aut feudali, aqua noceret vicino agro. Ita habetur. l. quod principis. §. haec actio. ff. de aqua plu. arc.

Quamuis directa actio aquae pluviae arcedae solum competit aduersus dominum facientem opus in praedio, vnde aqua uicino agro noceat, si tamen quis edificet sepulchrum, illationeque defuncti in illud, dominium amittat, eo quod locus sacer fiat; at quae ex eo opere facta aqua noceat vicino agro; domino agrum vicini competit actio aquae pluviae arcedae: vt id opus destruat, quoniam satis est, quod illud effecerit, quando erat dominus loci ac edificij illius antequam faceretur. Quod si infusus iudice, illud destruat, non tenetur de sepulchro uiolato. Hac habetur. l. quamquam in prin. ff. de aqua plu. arc.

Quando praedium, in quo factum est opus, vnde aqua agro vicino nocet, commune est multis quoad dominium, aut ager, cui nocet, est communis multis competitque actio aquae pluviae arcedae: est distinguendum. Quoniam, vel agitur ad opus destruendum, atque vt res redigatur ad statum, in quo antea erat, ita vt agro vicino aqua non noceat: vel agitur ad damna ex eo opere subsequuta. Si agatur ad opus destruendum, tunc vnusquisque eorum, cuius est

ager, cui aqua nocet, potest agere in solidum aduersus vnumquemque eorum, qui id opus fecerunt, vt integrum opus destruat, & poterit agere aduersus multos eorum, & aduersus omnes simul, vt illud destruant, vt ipse voluerit; & omnes, qui domini sunt agrum, cui aqua nocet, possunt etiam agere simul aduersus singulos, aut aduersus omnes simul dominos praedij, qui id opus in eo fecerunt, prout maluerint. Si tamen vnus eorum, qui id opus fecerit, illud destruat, aut quidam eorum illud destruat, cessat actio aduersus ceteros: ceteri tamen, qui illud fecerunt, mandauerunt, aut ratum habuerunt esse factum, con tribuere huius actione communi diuidendo ac negotiorum gestorum tenentur partes proportionales eorum sumptus, illi, aut illis, quo loco omnium illos fecerunt. Dixi, posse agi in solidum aduersus singulos, aut aduersus omnes, qui id opus fecerunt: quoniam, si aliqui eorum, nec tacite, nec expresse, confenserunt, vt id opus fieret, aduersus eos agi non potest, vt illud destruant, aut vt ad expensas contribuunt, sed solum vt patiantur destrui: poteruntque petere, vt sibi caueatur de damno infecto, si ex demolitione damnum timeant. Si vero agatur ad damna ex eo opere subsequuta, singuli domini agrum, cui damnum est illatum, agere possunt ad partem solum damni, quae ipsum contingit, & omnes simul ad totum damnum. Itemque aduersus singulos dominos, qui id opus fecerunt, agi solum potest, vt vnusquisque solum contri buat partem damni, quae ad ipsum soluere spectat. Quod si vnus eorum sua sponte soluat, totum damnum, (neque enim cogi ad id potest) tunc actione negotiorum gestorum potest a reliquis petere, quod loco illorum soluit. Hinc sequitur, quod si duo habeant agrum communem, & ex opere facta in praedio vicino, proprio vnus eorum aqua ei agro noceat, alter petere ab illo possit, vt totum quidem opus destruat, ceterum non potest petere, vt soluat, nisi partem damni, quae ipsum contingit. Hac omnia, praeterquam quod perspicua sint, & consentanea re & rationi ac equitati naturali, constant, ex l. si tertius. §. si ex plurium, & §. inde sequitur. l. supra iter. §. Cassius. §. apud Feroecum. §. officium. §. penult. & vlt. ff. de aqua pluviae arcedae. & ex l. 17. titu. 32. par. 3.

46 Quando aliquis in praedio suo opus fecit, vnde aqua nocet agro vicino, ita quod actio competit aquae pluviae arcedae, tunc si, qui opus illud in praedio suo fecit, praedium illud alienari, si alienatio facta fuit, perinde aduersus eum competit actio, vt illud destruat, & soluat damna, ac si id praedium non alie nasset, vt est notissimum, & habetur. l. emptor. ff. de aqua plu. arc. Quando vero alienatio vera fuit, hinc particularis in eo successit solum tenetur pati, vnde destruat, ad expensas vero non tenetur, neque ad da na: vnde, si cedat ei praedio, facit plus, quam tenetur. l. is cum. ff. eod. titu. Quod si, vel actor, qui damnum inde in suo agro patitur, eas facias, vel qui successit in eo praedio, recuperare eas possunt ex eo, qui id opus fecit. Ille quippe tenetur ad illas personalis actione, & ad damna sequuta post litem contestatam: quin, si id praedium ante litem contestatam alienauit, agitur contra eum intra annum actione aquae pluviae arcedae, vt expensas soluat, ac damna, & post annum actione de dolo. Hac omnia habentur, l. quamquam. §. Iulianus. l. emptor. l. venditor. l. post venditionem. ff. eod. titu. & l. 16. titu. 32. par. 3. iuncto Greg. Lopez. ibi.

47 Quod si dominus agrum, cui id damnum sequitur, cuique proinde actio aquae pluviae arcedae compete rebat, eum agrum alienari ante litem contra domi num praedij contestatam, tunc ad nouum successorem, & no ad priorem dominum, spectat eam actio nem intentare aduersus eum, quid opus in eo pra-

dio fecit: quoniam ad ipsum attinet iam damnum ratione agrum ad ipsum attinctis: neque tunc ea actio, personalis quidem, sed in rem scripta, hoc est, competens ratione rei, cui damnum imminet, dicitur proprie transire ab alienante agrum in eum, cui est alienatum, sed competere nouo in eo agro successore ratione eiusdem agrum. Si vero alienator eius agrum in tequa eum alienasset, litem contestatam fuerat cum domino praedij, in quo id opus erat factum, tunc tra firet ea actio in nouum successorem in statu, in quo erat tempore alienationis facta, & quoad dana post contestatam litem sequuta, vel alienator agit ad dana, & recuperata, tradit illa ei, cui agrum alienauit. Hac habetur. l. si tertius. §. si quis prius. l. post venditio nem. ff. de aqua plu. arc. & l. 16. citata, iuncto Gregor. Lopez. ibi.

DISPV. T. 705.

De aqueductibus, & aqua quotidiana, & aestiua.

S P M M A R I V M.

1. Aqueductus late quid. Et rursus late, pro uis, quibus aqua ducitur.
2. Aque privatae quae. Forum sunt, in quorum praedij nascuntur, & quoniam eis uti easque, deriuare licet. Recipere in alijs praedij priuatis, dominorum eorum praediorum efficiuntur. Dum vero ad publicum locum deueniunt, publicae efficiuntur.
3. Aque pluviae quae. Multiplices sunt. Quatenus eorum vsus prohibitus aut permissus.
4. Aqua aestiua, & aqua quotidiana, quae.
5. Aqua hyberna quae. Et quod interdum quo ad eam competit.
6. Aque ductus seruitus in quibus alijs locum habeat: & in quibus seruitus huiusmodi aquae.
7. Aque quotidiana, & aestiua, interdicta. Et aqueductus seruitus, in quibus aquis habeant locum.
8. Molendina quoniam construere in eodem flumine licet, etiam cum damno molendinorum antea structorum, & quousque ad illa extrahere liceat aqua de flumine publico.
9. Aquam extrahere de flumine publico cuiusque licitum. Et quousque sit prohibitum.
10. Auenas, per quem aqua ad molendinum extrahitur ex flumine publico, publicus locus efficitur, & riperi vnique quo ad vsus.
11. Molendinum in torrente quousque construere licet. Et quando torrents publicus reperitur.
12. Flumine in publico quousque instrumeta, quae aquis mouentur, consuecere licet, etiam cum detrimento prius instructorum, vt molendina papiri, olei, ferram aquae, batruaria, &c.
13. Molendinum super aquas catenis alligatum ad ripas, quousque efficitur potest, priuata auctoritate in quacumque parte fluminis publici, nisi nauigationem impedit.
14. Molendinum qui prius edificauit, non permittit in suum commodum possit aquam cum detrimento ad tercia, qui posterior edificauit.
15. Scripturae in eodem protocollo, aut libro, eodem die co factae, illa censetur prius confecta, quae in superiori parte reperitur scripta.
16. Aquam si quis ducet ab extrahere de flumine publico, per fundum interdictum, qui ad id seruientem aqueductus habeat, et fluminis subiecto recedat, vel isto alio modo quo inter se eum fundum, qui alienus ei fundo cedit, non potest eam educere per eum, alienus qui non habet seruientem, quae habeat fundus, cui accessit: si vero

si vero paulatim recedat & insensibiliter tunc educere illa potest per partes alius, que accreuerunt; quoniam reputatur partes eiusdem fundi, habereque eandem seruitutem aqueductus.

17. Aqueductus illi servitus manet in pradio illo intermedio, tamen impedita quoad usum. Unde si flumen ad cursum antiquum redeat, regreditur usus eius servitutis, aut si facultas adueniat ducendi aquam per loca intermedia.

18. Servitus esse potest in pradio distant, non existente in intermedio, etiam non impedita quo ad usum, quando usus ab intermedio non pendet, aut obtinetur facultas vendi ad eum effectum intermedium.

19. Aquam quotidianam si quis eduxit non vi, clam, aut precario, bonaque fide, in iureque non errans, semel de die, aut de nocte, intra annum computatum usque ad punctum, in quo prohibetur, idque de loco non indiget facultate principis, aut communitatis, ut inde educeretur, quod interdicitur ei competat adversus prohibentem, estio corvialis is sit, & competit etiam cuiusque successor in pradio, ad quod fuit educta.

20. Aquam aestivam qui similiter eduxit saltem semel de die, aut de nocte, priori estate, competit ei simile aliud interdicitur adversus ipsum prohibentem. Et quo pacto sumenda quo ad id sit aestas.

21. Aquam aestivam qui non eduxerit a precedente estate, sed hac, quo interdicitur audeat adversus prohibentem.

22. Aquam ob hyemalem simile interdicitur competit, ac circa aquam aestivam.

23. Aquam educendi ex eo loco publico, ex quo sine facultate principis, senatus, aut communitatis, auctoritate eorum, non potest educi, si quis sit in possessione, ac prohibeatur ostendat, legitimam ad id facultatem, quo interdicitur illi subueniatur. Quando autem facultatem non ostendat, alia possessio ad eam aquam educendam, quam de cuius initio non extet memoria, illi non sufficit.

24. Aqua eiusmodi facultas educendi, si pradio sit concessa, cum domino pradii non expirat. Si vero concessa sit personae, cum ea persona expirat. Et quando facultas successorii concedatur, adeo ut iniuria illi facta videatur, si ei non concedatur.

25. Aquam si vite pradii omnibus modis explicatis in possessione sine educendi ac deducendi per rivus, & quoque ne impediatur per eos rivus eam deducere, aut illos aliaque ad id necessaria reficere, ac purgare, quo interdicitur subueniatur.

26. Rivus amplexa, circa qua reficienda ac purganda competit pradii interdicitur, sunt species septa, incile, cuniculi, raporum.

27. Rivus, & illis amplexa, per que quis est in possessione ducendi aquam quotidianam, aut aestivam, si aliquis reficere impediatur, ei status subuenitur, estio ius non ostendat, quod ad id habet: ad reficiendum vero iter, quod illi servitus, ius simul ostendat, necesse est.

28. Rivus reficere quid, & ad que se extendat. Purgare quid, & ad que se extendat.

29. Rivus quo ad modum & qualitates quousque fas sit, aut non sit, mutare.

30. Rivus reficenti, aut purganti, dum adversus impediendum subuenitur interdicitur de rivus, locum adversus eum non habet novi operis nunciatio. Compelli tamen potest cauere de damno infecto, & que alia actio adversus illum possit intentari.

31. Aquam qui intra annum computatum usque ad punctum, in quo prohibetur, similiter bona fide nec vi, nec clam, nec precario, hausit de alieno fonte, puteo, laena, pscina, cisterna, vel alia similiter, si prohibeatur competit ei adversus prohibentem directum, aut rivile, interdicitur de fonte nuncupatum, neque est necesse vi probet habere ad id ius. Idem interdicitur

competit ei, si prohibeatur illi iter, aut via, quibus transibat ad eum aqua haustum, aut ad appulsum pecorum. Et competit successor in pradio, si tanquam pradii eum usum habebat. Idem interdicitur competit, si impediatur purgare aut reficere id, unde haustum eum habet.

32. Cloaca quid, & quotuplex fas est illam, estio prinata sit, reficere ac munitare, etiam si ad id necesse sit aperire pradium alienum. Et quo interdicitur subueniatur, si id non permittatur. Fas item est illam effecere de novo, & mittere in cloacam publicam.

33. Cloaca in publica si aliquid sit factum, aut immisum, quo usus illius deterior reddatur, res in pristinum redigitur status, & fieri impeditur, si fieri attemptetur.

34. Aqua ducenda ex aliquo pradio, aut per aliquod pradium multis communitate, si servitus sit concessa, omnium consensus requiritur. Quando quidem eorum consensus, satis est si accedat aliorum consensus, persistentibus illis alijs in suo consensu, ut concessa censetur.

35. Servitutem in pradio valide sine proprietario non cedunt usufructuarius, emphyteuta, aut proprietarius. Hic amen duo valide illam concedunt in tempus, quo duraverit emphyteusis, aut feudum, modo ea servitus non sit usufructus.

36. Servitus si concederetur in pradio vendito cum pacto adiectionis in diem, aut cum alio suspendente alienationem, tunc consensus simul emptoris & venditoris esset necessarius, si firma omnino esset. Et constituta manet, si res cedat, ut pradium maneat eius, qui illam concessit. Accedente vero consensu alterius, priore non revocante consensum, firma similiter maneret.

37. Aqua ducenda si servitus pluribus concedatur, quod necessarius sit consensus aliorum, quando non interit. Aqua posteriori semper censetur concessa sine pradii iudicio prioris. Aqua si de publico concedatur a principe intelligitur, quae superflua necessitatibus publicis, nisi aliud exprimitur.

38. Aquam deducendi ex aliquo pradio qui servitutem habet, quando concedere illam, aut partem illius, ad alterum non possit, & quando possit, & alia quoad eam aquam.

39. Aqueductus servitus, aut quenis alia, si ab vno pradio alteri pradio debeat, ius ad eam servitutem quo pacto sit in toto pradio dominante, & in singulis eius partibus, atque, si servitus quo ad commoditatem dividi possit, ut potest dividi servitus aqueductus, & pradium dominantis inter multos quo ad partes dividatur, quo pacto commoditas illa inter partes sit dividenda. Si servitus quo ad commoditatem sit indivisa, ut iteris, tota debet singulis partibus pradii dominantis divisi. Et una pars pradii dominantis debeat tunc transire ad eam partem remotiorem.

40. Aqueductus servitus, aut alia, concessa in aliquo pradio, quando in pacto non fuit deductum, qua parte concederetur, & qualis esse deberet, qua parte sit concedenda, & qualis, & num liceat postea variare.

41. Aquae certa ducenda per alienum fundum qui habet servitutem, si aquae illi admisceat aliam, qua cum priori mixta fluat, amittit ius ducendi, etiam priorem, a parte aqueductus, aqua incipit fluere mixta, secus si naturam alter accrescat, & admisceatur: aut si, qua admixta fuit, possit diverti, ut sola prior fluat.

42. Aquae ducende de nocte servitus si una concessione sit concessa, & alia aqua ducende de die, aut singulis servitutibus, magis amittit potest per non usum illius, non amissa alia, qua intervenit usus.

Hac

Hae Disputatio affinis etiam est duabus praecedentibus. Atque de aqueductu laetis sumpto, quam vt servitutem solam continet, de qua Disput. 1. 1. est dictum, futurus est nobis hoc loco fermo. Dicendum vero est de aqua ipsa ducenda, atque de vijs, ac instrumetis, quibus ducitur: ut que riuorum nomine, late sumpto vocabulo, comprehendit possunt. Porro riuus hoc loco, non pro decurru aquarum, vt in flumine presens sumpto distinguitur, sumitur: in qua tamen significatione sumptus a nobis fuit disputatione praecedente, sumiturque. ff. de fluminib. l. 1. in princ. dum flumen a riuo distinguitur, quod riuus sit exiguus decursus aquarum, flumen vero magnus. Sed in re proposita riuus sumitur pro via ipsa, quae aqueductus decurrit ac deriuatur: in qua significatione sumitur ff. de riuis. l. 1. & seq.

Vt vero ab aquis vniuersum ordiamur. Earum quae dam sunt priuatae, vt illae, quae in praedijs priuatis aliorum nascuntur, neque a republica, locive communitate, sunt vsurpatae ad aliquos vsus publicos. Atque eiusmodi aquae, interim dum non ingrediuntur eorum pradia, quorum est origo, vbi nascuntur, eorum sunt propria, quorum sunt ea pradia, possuntque proinde de illis disponere, easque vt, vt uoluerint, atque eas deriuare, quo uoluerint intra sua pradia, modo tamen, si inde deriuatur ac fluant in vicina aliorum pradia, id non fit eorum iniuria ac detrimento, ita ut eis ea de causa competat actio aquae pluuiae accedens, iuxta ea quae Disputatione praecedente explanata sunt. Quando vero deriuatur iam sunt ac fluxerunt in alia pradia, eorum similiter efficiuntur, quorum pradia ingrediuntur. Eo vero ipso, quod ad communem aliquid alueum, vel ad communem alium locum, deueniunt, communes efficiuntur tanta communitate, quantum iabet is alueus, aut locus, in quem fluxerunt.

Reliquae aquae communes sunt. Caterum in multo pluri gradu. Quaedam enim sunt, quae ad nullum vium sunt, cuiquam interdicitur. Vt regulariter esse solent aquae fluiorum, quae nauigabilia non sunt, ne que in fluunt proximè in nauigabile flumè. Tamen si quando ex aliquo vlu detrimtum sequeretur communi bono populi, interdici is vsus possit, ac deberet, a communitate, a potestati busve publicis eius communitatis, circa quam id flumen fluat. Vt si ex abluone pannorum, aut aliarum rerum sordidarum, vel ex influxu in cloacae, aut alterius rei immunda, in parte superiori fluminis, aut ex aliqua alia re, sequeretur aquam, dum ad locum deuenit, in quo ab ea communitate colligi ad bibendum solet, immundam, aut minus salubrem fluere, interdici is vsus possit, ac deberet. Aliae vero sunt aquae publicae ac communes, sed interdicitur quoad aliqua. Vt sunt nauigabilia flumina, aut quae in ea proximè influunt, vel quae flumen, in quo influunt, efficiunt nauigabile. Eiusmodi quippe aquae extrahi & deriuari alio non permittuntur, neque in eis aliquid efficiant in earum ripis, unde detrimentum aliquid nauigationi obuenire possit, vt disputatione praecedente explicatum est. Interdum etiam aquae fluunt alieuis, torrentis, aut fontis, a communitatibus, aut a principe, ad irrigandum assumuntur, ac distribuuntur, vel assumuntur ad aliquid alium vsum, neque interdiciuntur quoad vsus qui detrimentum non afferunt vsui, ad quem assumuntur: vt interdiciunt non est abluui in eis pannos & alia, quae irrigationi non nocent, aut alteri vsui, ad quem assumuntur sunt. Quando autem assumuntur, vt deriuentur ad fontes publicos in ea ciuitate, aut oppido, tunc interim, dum in fontibus publicis non fluxerunt, interdici in eis consuevit vsus, qui illis ad hominum potum nocent, aut qui illas imuat, nisi in tanta sint abundantia, vt pars illarum cedere soleat

ad alios vsus, aut gratis, aut per solito pretio, ad eum aqueductum, quod deriuatur, reficiendum ac coferendum, aut ad aliquid aliud, quod in bonum publicum conuertatur.

Rursum aqua, quae ad irrigandum vel ad aliqua alia ministeria ac vsus ducitur, diuiditur. l. 1. ff. de aqua quot. & est in aquam quotidianam, & in aquam aestiuam. Aestiuam aqua, vt habetur eadem. l. 1. & l. de interdicio. ff. eo. tit. ea dicitur, quae aqua aestate, hoc est, a verno aequinoctiali mensis Martij, vsque ad autumnale aequinoctiale mensis Septembris (sic enim in re proposita sumitur aestas, vt videbitur) ducitur, saltem in parte aliqua eius semestris, siue quia illo tantum semestri potest dari, siue quia, licet alio etiam tempore potest optime dari, intra illud tantum semestre confuevit dari, vel quia eo solo tempore pradia, ad quae ducitur, illa indigent, vel quia dominus praediorum illo tantum tempore confuevit illam ducere. Quotidiana vero aqua dicitur, quae aestate & hyberno tempore duci confuevit, siue quotidie ducatur, siue certis statutis diebus, aut hebdomadis, siue quouis alio modo: id enim non impedit quominus quotidiana aqua ducatur. Itaque aestiuam aqua differt a quotidiana, quod aestiuam quotidie non possit dari, sed quia siue duci quotidie possit, siue non, sola tamen aestate ducitur. Neque ad rationem aquae quotidianae requiritur, quod quotidie ducatur, sed quod duci confuevit aestate & hyberno tempore, esto fas non sit quotidie eam vtroque tempore duci. Vlpianus. l. 1. citata, ad rationem aquae quotidianae exigere videtur, quod permittitur fluat, siue semper ducatur, siue non, & siue semper fas sit eam ducere, siue non. Non tamen video, si torrentis hyberno tempore fluat, & aestate vsque ad initium Iunij, quales sunt multi, atque in parte vtriusque semestris anni aqua inde ad ministeria aliqua ducatur, cur aqua illa dicenda non sit quotidiana, quod atinet ad interdicia, de quibus infra erit sermo.

Quando aqua solum ducitur hyberno tempore, nempe ab aequinoctio autumnali in eis Septembris vsque ad aequinoctium verno mensis Martij, saltem in aliqua eius semestris parte, tunc dicitur aqua hyberna: & quia non confuevit esse vsus ducendi aqua solo illo tempore, non est constitutum peculiare in interdictione circa hanc aquam: sicut constituta sunt diuersa interdictione circa quotidianam, & aestiuam aquas, de quibus infra erit sermo, sed solum circa hyberniam aquam conceditur vtile interdictione aquae aestiuae, hoc est, in ista interdictione aquae aestiuae, vt habetur. l. 1. citata. §. si quis hyme, iuncta glossa ibi verb. vtile.

Vlpianus. l. prima, citata. §. quoniam, ait aqueductus seruitutem, solum habere locum in aquis, quae fluunt super terram: secus autem in putealibus, quae super terram non fluunt, etiam vna earum perennes sunt: sed in putealibus aquas locum habere seruitutem haustus, de qua Disputat. 1. est dictum.

Addit Vlpianus, interdicia aquae quotidianae, & aestiuae, atque aqueductus seruitutem, solum habere locum in aqua, quae ducitur a capite, hoc est, a fonte vnde primo emanare incipit super terram, aut quae immediatè educitur ad flumina, vel a palude, aut quando aqua sudoribus emanat super terram, & congregantur sudores illi in vnum locum, ex quo conuulsi incipiunt emanare in aqua, quae inde incipit educi, quasi illa quatuor tantum sint capita, unde deduci aqua immediatè debeat, vt rationem seruitutis aqueductus habere possit, competantque circa illam interdicia aquae quotidianae, & aestiuae. Caterum quantumvis de iure illo antiquo ita fuisse sancitum: vt tamen Paulus iuris consultus. l. seruitus aquaeductus. ff. de seruit. rustic. praedior.

ex.

expressè ait, & notat glossa. l. i. citata verb. nò aliud de. posse fieri introductum. vt aqueductus feruitus habere possit locum, etiam in quacunq; alia aqua aliud ducta, esto concessa esset ex quocunq; alio priori aqueductu. Nec dubito, sicut illa extensio facta fuit ad aquas ductas non immediatè ex quatuor capitibus explicatis: ita interdita, de quibus erit sermo, ad eas etiam aquas copio esse etiam extensa.

8 Quod ad aquas publicorum fluviorum attinet, est obseruandum. Esto quis habeat molendinum in flumine publico, siue collocatum in ipso metalico fluuij, hac extra alueum in loco, ad quem dicitur aqua ex fluuij vique ad molendinum, indeque deriuatur iterum ad alueum fluuij, has esse cuiuscunq; alteri facere aliud molendinum, vel supra in eodem fluuij, vel intra, esto inde sequatur detrimentum domino molendini prius constructi, quia minus lucrabitur, eo quòd pauciores ea de causa accedant ad molendum in ipsi molendino: est enim per accidens id damnum ac detrimentum, vtentibus alijs iure suo, molendina efficiendo in eodem fluuij, vel in alijs fluuijs, vnde per accidens id detrimentum sequitur. Intellege tamen, dummodo, qui eiusmodi noua molendina efficiunt, in suo proprio solo ea adificent, vel in communi de facultate principis, aut communitatis, ad quam pertineat id concedere, vel in solo alicuius alterius priuati de legitimo illius consensu. Et dummodo non impediatur cursum aquae in illud aliud molendinum eo modo, quo antea in illud fluebat, Ita habetur. l. 18. titu. 2. par. 3. & consentiunt Grego. Lopez ibi. Bart. l. quo minus. ff. de fluminib. & Capola de feruit. ruf. c. 4. nu. 41. resque ex se est satis perspicua.

9 Quo loco obferre, vt habetur ead. l. quo minus, & notant doctores citati, vnicuique las esse educere sua propria autoritate aquam de flumine publico, nisi ex peculiari aliqua causa id a principe sit vetitum, aut a communitate, permittente id principe, vel nisi ea aliqua ad aliquem alium vsum publicum sit deputata, cum quo ea extractio pugnet, vt si deputata sit ad irrigandos aliquos agros: tunc enim non, nisi ad id, ad quod est deputata, extrahi potest, neque aliter ad id, ad quod est deputata, potest esse vltus illius, quam iuxta leges, & ordinem, ad id praescriptum. Ratio verò vtriusque asserti haec est. Quoniam cum flumina publica gentium iure sint omnibus communia quoad vsum, vtrique, interim dum ex rationabili causa de iure humano non superuenit prohibitio aliqua vltus aquae illorum, vnicuique est fas illam auctoritate propria extrahere, eaque vti, ad quod voluerit: secus autem superueniente e rationabili causa prohibitione de iure humano. Quo pacto l. quo minus citata cum dictum fuisset, vnicui que esse licitum extrahere aquam de flumine publico, prohibetur nihilominus illam extrahere de flumine nauigabili, aut quod proximè insluit in nauigabile flumen, vel cum eo nauigabile flumen efficit, ne nauigationis vltus impediatur, aut deterior reddatur. Vbi notat glossa, si nihilominus facultas a principe ad extrahendam concedatur, opus esse apponere derogationem eius iuris in tali concessione, vt sit valida. Satis tamen ad id, meo iudicio, erit dicere, non obstantè, quòd tale flumen nauigabile sit, aut quod insluit in nauigabile flumen. Eodem etiam lege habetur, quando aliqua aqua alicuius fluminis ad aliquem vsum publicum est deputata, cum quo scilicet repugnet extractio illius ad alia, tunc etiam nefas esse, extrahere eam ad alia. Quamuis autem haec ita sint, quia tamen aqua publicorum fluviorum minui propter molendina non solet, ne que propter illa impediatur solent alij eiusdem aquae publici vsus; eo quòd, esto ad molendina aliqua ex

tra alueum extrahatur, continuò ad eam resluere solet, continuòque per illum cursum suum in eadè quãtitate, in qua flueret, si ad molendinum non accessisset; quia item molendina vtilia valde reipublice sunt, in communemque bonum cedunt; vtrique prohibitiones praedictae extractionis aquae, etiam à fluminibus nauigabilibus, aut quae insluit in nauigabile flumen, non intelliguntur de extractione ad molendina, vt bene notat Capola vbi supra, in his duobus numeris praecedentibus, quando ad extrahendam ita aquam nihil fieret, vnde nauigatio aliqua ex parte impediretur, aut alius vltus aquae, ob quem extrahi sit prohibita: quoniam ex fine, ad què lex est condita, accipere debemus sensum, intentum, ac interpretationem illius. Quando item aliquid fieret ad extrahendam aquam ex flumine quocunq; publico, vnde vicinis damnum sequeretur, vt si ob septum in flumine factum (praesa nostri vocant) aqua fluminis dampnum alijs inferret, tunc nefas est cum illorum detrimento id efficere, vt habet l. hoc iure, in princ. ff. de aqu. quot. & est. nisi forte ea extractio in maiorem vtilitatem cederet, & id damnum vicinis refarciretur, vt Disputatione praecedente dictum est.

10 Nonnulla insuper obserua. Primum est, quando aqua fluminis publici extra alueum ad molendinum aliquod extrahitur, tunc, esto extrahatur per praedium proprium domini molendini, aut per aliud alterius, qui eam seruiturum in eo suo praedio patitur, nouum tamen cum alueum manu atque arte factum, quo pars ea fluminis in molendinum fluit, atque inde rursus in reliquum fluminis relabatur, ripasque vtriusque eiusdem noui aluei, ac talis fluminis, efficit loca publica ac communia, sicut & pars ipsa fluminis, quae per eam fluit, publica ac communis est, vt expresse habetur l. ff. de fluminib. Quod tamen ad ripas attinet, intellige efficit solum publicas & communes, solum quoad vsum comparationem tantum aquae eius partis fluminis: nam quoad proprietatem, eius remanent, cuius est praedium, vt praecedentibus Disputationibus dictum est.

11 Secundum est, quae dicta sunt de molendinis in fluminibus publicis constructis, intelligenda similitè esse de molendinis constructis in torrentibus, qui in aestate siccantur, qualia aliqua vidi in Lusitania. Rerum quippe ac torrentens, licet proprius sit domini praedij, in quo oritur, & per què fluit, quando à republica non vlturpatur ad aliquem publicum vsum, atque ad solum dominum talis praedij spectet construere tunc molendinum in eo suo praedio, si aqua tanta sit, quae ad molendinum sufficit, quando tamen egreditur id praedium, efficitur eius, cuius praedium ingreditur, & interdum communis efficitur duorum, inter quorum praedia dilabitur, atque aliquando efficitur communis reipublicae, si alius publicus reputetur, communiq; sit vltus talis riuus, aut torrentis, totè reipublicae, oppidè vt communitatè: atque tunc ad dominos praediorum, per quae dilabitur, spectabit efficere in eis molendina, ad communitatemque oppidè attinebit vel efficere molendinum in solo publico, per quod dilabitur, vel concedere facultatem alicui priuato, vt in eo molendinum adificet.

12 Tertium est, quae de molendinis tritici dicta sùt, similitè esse intelligenda de alijs instrumentis, quae fluviorum aqua mouentur, vt de molendinis olei, & papyri, de ferris, quae aqua mouentur, de instrumentis, quibus batuntur ac abluuntur pannis, (nostri batanes vocant) & de ijs, quibus ferrum conficitur, quae herrias appellamus: las quippe efficit cuiuscunq; alteri aliud simile, vel diuersum, instrumentum conficere similitè in superiori, aut inferiori parte eiusdem fluminis, aut diuersè, vt lex l. 18. citata affirmat, resque est perspicua, cum eadem ratio de

his omnibus sit, & habeat instrumentis. 13 Quamuis est, postquam haec & quaedam alias sequentes Disputationes composui, me legisse longam Antonij Gom. disputationem de molendinis, leg. 26. tauri. a nume. 10. multis doctoribus & iuribus citatis, quam legas, atque ad haec tenes à nobis haec de re dicta ijs admetris: neque enim cum illo consensio in ijs, in quibus à nobis differat. Insud probo, quod ex Paulo Castrensi refert. Quando in flumine publico molendinum fieret supra aquam, catenis alligatum ad ripas, vt sunt Romae in Tiberi, & in alijs fluminibus alijs in locis, tunc necessarium non esse facultatem priuatis ad illud conficiendum: quoniam vsus aquae fluminis omnibus est communis, itemque vsus riparum ad alligandum ibi nauigia, rectè tendendum, & ad similia alia, quae conueniunt sunt: cum vsu aquae fluviorum: vnde communes etiam sunt quoad hunc vltum reipublice valde vtili ratione molendinorum. Intelligit tamen non esse necessarium eius facultatem ad eiusmodi molendina conficienda, quando ex illis non impediatur nauigatio aliqua ex parte, saltem litris, vt Tiberis Romae nauigatur.

14 Circa id autem, quod supra dictum est, nefas scilicet esse, cum, qui posterus adificauit molendinum in aliquo flumine, aliquid facere, quo vsus aquae impediatur aliqua ex parte molendino prius adificato, obserua. Ad verum esse, quando primus licitè illud adificasset, quando enim illicet illud adificasset, esto impediatur ab adificante postterius, siue licet, siue illicet, postterius adificasset, non cõpeteret actio domino prioris molendini, vt patet ex l. 2. idem ait. ff. de quid in loco publico, & affirmat communis sententia, quam Ant. Gom. vbi supra. n. 12. refert ac sequitur. Qui autem prius molendinum adificasset, possit continere ac reprimere aquam, prout sibi vltè ac commodum esset, esto inde sequatur detrimentum molendino postterius adificato obuenire: quoniam prius habuit ius ad vtendum in suum commodum ea aqua, neque alius postterius adificans potuit praedijcare tali iuri iam antea acquisito. Ita cum Bartol. Anton. Gomez. nume. 12. citato.

15 Quando autè non constaret, quis prius molendinum adificasset, tunc quicquid eorum posset vt eo modo in suum commodum ea aqua, non curando praedijcium, quod per accidens alteri sequeretur, vt ibidem Ant. Gom. cum Bart. subiungit. Ex eo autem, quòd molendinum vnum sit adificatum in superiori parte fluminis, non est coniectura prius esse adificatum, quam aliud, quod sit in posteriori parte fluminis adificatum: cum non is ordo in adificandis molendinis solet seruari: sed casu omnino eueniat in superiori, aut in inferiori, parte prius adificatae: que est eadem ratio de scripturis, quae in eodem protocollo notarij comperiuntur eadem die cõscriptae, vtilia censatur prius scriptas, quae scripta in eodem libro reperitur ante alias in superiori parte, aut in priori quaeritione eiusdem libri aut protocolli: in libro enim is ordo seruatur in scribendo: secus verò in adificando in fluminibus. Vnde non probo sententiam, in quam propendit ibidem Anton. Gom. cum Bald. & latone, quòd argumento ex scripturis id molendinum censatur prius adificatum; quod in superiori parte fluminis adificatum deprehenditur.

16 Vt ex dictis, tam haec, quam Disputatione praecedente, liquet, vnicuique las esse aquam educere de flumine publico, quando id prohibitum modis explicatis non est. Atque quando praedium meum coniunctum est cum flumine publico, ita vt nullum aliud abentum praedium meum, sanè tunc seruatus non est modus praedio debita, quod ex eo. Tit. Tom. II. Pars Posterior.

A mine educi possit aqua in id praedium meum, idque siue illam educam, quia iure gentium id mihi licet, neque vlla sit prohibitio iuris humani ad eam ita educendam; in quo euentu nulli potest esse dubium, locum non esse seruatum: cum eam educam ex principis, aut ex communitatis, facultate mihi, aut illi meo praedio, concessa, eo quòd a principe, aut a communitate, ex rationabili causa, educi cesset interdita, nisi ex ipsius praescripto, & concessione. In hoc enim secundo euentu, licet per eam facultatem ius sit comparatum ad eam aquam, nihil ea prohibitione impediente, inde educendam, vel personalem meum, quod cum mea persona expiret, si mihi sit concessum, vt ego possim eam educere, si mihi sit praedio meo affixum, & ratione illius competens quibuscumque possessoribus illius, si illi praedio sit concessa, vt alibi dictum est, & inferius repetitur: id tamen propriè non habet rationem seruatum: quoniam res communis ac publica, quale est id flumen, nulli seruit: sed est reductio eius rei per eam facultatem ad terminos iuris gentium comparatione talis personae, aut talis praedij, ex rationabili ac in sua causa, qua ea facultas illi conceditur. Quia autem inter id flumen, & tale praedium, mediaret praedium aliud alienum; per quod de meo deberet ea aqua, tunc obligatio eius interdij praedij ad id patiendum, iuxta in extremo meo praedio, vt per id intermedium duccretur, esset vera seruatus aqueductus praedij intermedij comparatione extremi praedij mei.

C His ita explicatis, Pomponius iurisconsultus, l. hoc iure. §. si aquam. ff. de aqu. quot. & aestua, quod ad rem praesentem attinet, sic ait: Si aquam ex flumine publico duxeris, & flumen recesserit, non potes subsequi flumen: quia ei loco seruatus imposta non sit, quamuis is locus meus sit. Sed si aliuuioe paulatim accesserit fundo tuo, subsequi poteris: quia locus totus fluminis seruatus deductioni. Sed si circūfluere ceperit mutato alueo, non potes: quia medius locus non seruatus, interruptaque sit seruatus. Haec ille. Azo, vt ibi Accursius refert, & plerique alij exponunt hunc textum de eo, qui praedium habet coniunctum cum flumine publico, ita vt nullum aliud praedium aliud mediè, quique facultatem a principe habet educendi in id suum praedium aquam ex eo flumine, ita ut Pomponius dicat: Si flumen recesserit, non paulatim, sed simul, à praedio tuo, relicto antiquo alueo inter se & praedium meum, non poteris subsequi flumen, quasi polys adhaec, uti illud antiquae incultatis, educere aquam ex illo in tuum praedium, ut antea eam educere poteras: reddatque rationem, quia ei loco (hoc est, nouo alueo occupato à flumine, ratione cuius flumen censetur diuersum ab eo, quod antea erat, quando fluebat per relictum alueum) seruatus imposta non sit, (ut scilicet ex eo educi possit aqua in praedium tuum, sed flumen imposita fuerit flumini, ut antea fluebat per antiquum alueum relictum) quamuis is locus (id est, alueus antiquus, relictus in ter flumen & tuum praedium) meus sit (id est, sit tuus, iure vicinatis tibi tuoque praedio cedens).

E Iuxta ea, quae disputatione praecedente, & copiosius disputatione, quinquagesima septima dicta sunt) Ego non dubito haec adeo violentam, textumque destrictum expositionem, alienam omnino esse à mente illius iurisconsulti, falsumque & omnino alienum à vera philosophia naturali ac morali esse sensum, quia intenditur. Nempe, flumen eo ipso, quòd alueum ac cursum mutat, esse aliud numero flumen ab eo, quòd erat antea, quando per alium fluebat alueum, eamque proinde solam causam sufficere, vt facultas concessa sit, quod erat antea ad extrahendam ex illo aquam, expiret omnino, aut intendunt & affirmant auctores huius sententiae, & inter alios, Cepolla, capiti quarto, citato à nume. L. ro.

ro trigesimoquinto. Quare cum pleraque ex ijs, A
quæ Cepolla ab eo numero tradit, tuic talia expo-
sitioni talloque fundamento innitantur, corrumpunt
profecdo, neque vlla illorum est habenda ratio. In
primis ridiculum, & contra communem sentiendi
ac loquendi vsum, veramque philosophiam natu-
ralem esse affirmare, flumen eo ipso, quod alu-
cum in parte aliqua mutat, & alio fluit, esse distinctum
flumen ab eo, quod antea erat. Etenim flumen,
non aluicum significat, quo fluit, sed decursum ip-
sum aquarum, qui per aluicum fluit: is verò aquarum
decursus continuatione sui fluxus sine interru-
ptione, quibusdam suis aquis, quibus tanquam par-
tibus constat ac integratur, succedentibus alijs, di-
citur vnum numero flumen interim dum fluere non
desistit: ex eo autem quod Tagus, verbi gratia, in
parte aliqua mutet aluicum, & alio fluat, non defi-
nit esse idem numero fluxus aquarum continuatione,
ac proinde idem numero flumen, quod antea era-
rat, sed alieus in ea parte est diuersus: flumen ve-
rò est idem alia alieui parte fluens: porò facultas e-
ducendi aquam in aliquod prædium ex flumine
(Tago verbi gratia) flumen ipsum, aquarumque
decursum, significat, non autem aluicum. Deinde
quis non videat, violentissimam, textumque de-
struentem, esse expositionem, dum dicitur eo loco,
intelligere aluicum de nouo occupatum; & dum
statim subiungitur, *quamuis is locus* (vbi aperte
est sermo de eodem loco) intelligere, aluicum an-
tiquum, inter flumen & prædium relicto: Quis
item non videat, violentissimam, textumque de-
struentem, esse expositionem, dum protinus subi-
ungitur, *meus sit*, exponere, sit tuus, prædio sci-
entia tuo cedens? Præterea, quis non videat, vio-
lentam falsumque esse exponere, *quia ei loco* (id
est, aluico de nouo occupato, ac proinde flumini
iam diuerso ratione talis alieui diuersi) *seruitus im-
posita non sit* (aquam uidelicet educendi, sed scilicet
flumini antiquo, qui alieui mutatione iam non
existit, ac proinde ea de causa seruitutem illam, ac
facultatem educendi aquam, exspirasse.) Sanè id
non quadrat cum illis alijs verbis proximè subiun-
ctis, *quamuis is locus meus sit*. Neque ex facultate
educendi aquam ex flumine publico, censetur im-
posita seruitus ei flumini publico, vt ex illa aqua
possit educi, vt idemmet Cepolla, numero qua-
dragesimo sexto sequenti, cum Bartol. confitetur,
& asseuerat.

Hac ergo expositione explosa, legitima sanè ex-
positio est, quam Accursius ibidem ex negotio subi-
iungit. Nempe, si aquam educas ex flumine pub-
lico, siue gentium iure absque facultate principis,
siue ex principis facultate, si erat interdita, (vbi e-
nim textus non distinguit, neque nos distinguere
debemus) cæterum per prædium alienum inter me-
dium (meum videlicet, qui tecum loquor) quod
prædium seruitutem aqueductus habebat imposi-
tam, aut etiam per prædium, vt per illam educere
eam ex eo flumine in tuum prædium posses; flumen
que recessit, relicto, non patulam ac insensibili-
ter, sed simul aluico antiquo inter se, & inter præ-
dium illud intermedium, qui aluicum antiquum effe-
ctum intermedium, effectumque est meus, cuius est
id prædium, iuxta ea, quæ Disputat. 17. dicta sunt,
tunc non potes subsequi flumen, & educere ex illo
aquam per idem prædium, & aluicum antiquum ef-
fectum meum ratione prædij coniuncti, cui cessit:
quia seruitus ei loco, hoc est, ei aluico relicto, *imposi-
ta non fuit*, sed solum prædio ab eo aluico diuerso: *quam-
uis is locus*, id est, is idem alieus, *meus sit*, ratione præ-
dij coniuncti, cui cessit. Subiungit deinde Pompo-
nius: *Sed si alluione* (aluicum scilicet idem) *paula-
tim accesserit fundo tuo*, (fortasse superfluit, mendo-

seque additum fuit verbum, *tuo*. Si verò non est
mendum, exponit, *tuo*, quod seruitutem in eo tibi
deditum, sed meo simpliciter, vt paulo antea idem
Pomponius dixerat) *subsequi potes*, flumen scilicet,
educendo ex illo aquam per prædium, & partem al-
uei, quæ alluione ei accessit: *quia locus totus*, id est,
prædium vna cum parte, quæ alluione ei accessit,
fluminis seruitus deducitoni, id est, seruitus deducitoni
aquæ ex eo flumine: eo quod id totum reputetur
idem numero prædium cui eo, quod antea erat, quia
incrementum illud paulatim alluione accedens nõ
censetur res diuersa, sed vnum numero cum priori
prædio, vt ex dictis Disput. 17. constat, eaque de cau-
sa seruitus aqueductus existens in priori prædio, se-
se extendat ad id etiam, quod alluione paulatim ac
insensibiliter ei accessit. Adde Pomponius: *Sed si
flumen circumfluere cepit mutato aluico*, (ita quod
non solum aluicum antiquum, sed & aliud prædium
interiecta reliquerit inter se & inter meum prædium,
quod tuo antea seruebat aquæ per illud ex eo flu-
uio educendæ in prædium tuum) *non potes*, subsequi
videlicet flumem, & educere ex eo aquam in prædium
tuum, vt antea faciebas: *quia meo iure locus* (alieu
videlicet antiqui, & alterius prædij, quæ iam nunc me
diant inter flumen & prædium meum) *non seruiat*,
(id est, non habeat seruitutem aquæ per ea educendæ
in prædium tuum, sicut seruitutem habet prædium
meum) *interruptaque sit seruitus*, mei uidelicet præ-
dij comparatione tua, ob defectum alieui antiqui, &
illius alterius prædij, quæ mediant, & quæ seruitu-
tem non habent, vt educere per ea possis aquam ex
eo flumine.

Occasione horum vltimorum verborum Pom-
ponij, quibus docet, in hoc vltimo euentu interrump-
tam esse seruitutem aqueductus prædij mei com-
paratione tua, querit Accursius in glossa solum inter-
rupta, num si flumen redeat ad antiquum aluicum,
dicendum sit, seruitutem redire, seu esse, in prædio
meo comparatione tua, ita vt ex eo flumine educere
possis aquam per prædium meum in prædium tuum,
vt eam antea ducebais. Cepolla vbi supra neganter
respondet, inherendo semper primæ uolentæ ac fal-
sæ expositioni huius textus, quam impugnamus.
Rationem verò reddit: quoniam eo ipso, quod flu-
men deseruit primam aluicum, non mansit idem nu-
mero flumen, quod antea erat, ac proinde extincta
omnino est omnis seruitus, vt ex eo aqua in aliquod
prædium deriuetur: & quoniam, quando flumen ad
aluicum regressit primò relicto, est etiam aliud
numero flumen.

Dicendum tamen est cum Accursio glossa cita-
ta, non solum restaurari, sed etiam nunquam fuisse
amissam eam seruitutem, sed fuisse solum interrump-
tam, hoc est, impeditam quoad vsum illius ex de-
fectu, quod duci aqua ex eo flumine vsque ad id præ-
dium non potuit propter aluicum antiquum inter-
medium, aut etiam propter aliud prædium inter flu-
men & eum aluicum interiectum, quæ seruitutem
eius aqueductus non habeant: quare eo ipso, quod
flumen ad antiquum aluicum regressit, vel quod
obtinetur seruitus a ut facultas educendæ aquam per
aluicum, aut etiam per prædium, interiecta inter flu-
men & prædium, quod seruebat, vel quod domi-
ni prædij, ad quod ducebais aqua, comparat eo-
rum dominium, manet vñ eiusdem seruitutis in-
terrupta, vt antea erat: id quod Pomponius fa-
tis aperte hoc loco docet, dum ait, interruptam in
euentu, de quo loquitur, esse seruitutem.

Confirmatur aperte ex l. in tradendis. §. interpo-
sit. ff. commun. prædio. vbi habetur. Non solum
posse acquiri seruitutem in domo distantia à mea
comparatione domus meæ, ne illa distant alius
tollatur, aut vt altius tollatur, esto in alia interme-
dia,

dia, aut in alijs intermedijs, nulla sit talis seruitus:
idque propterea quod vñ, aut quasi vñ, talis serui-
tutis, nempe quod illa distant in meæ domus
commodum non extollatur, aut quod extollatur,
esse possit independenter à seruitute in domibus in-
termedijs: sed etiam posse comparari seruitutem in
prædio distantia, sine seruitute in prædio intermedio,
& quo tamen intermedio pendeat vñ seruitutis
prædij distantis, vt si sit seruitus itineris, aut aquæ
ductus, vel alterius similis: atque tunc, si prædi-
um intermedium sit quoad dominium illius, cuius
est prædium, cui ea seruitus à distante debetur, vt
poterit ea seruitute per id tuum prædium interme-
dium: si autem sit alieuius alterius, qui non per-
mittat per id prædium vñ seruitute prædij extremi,
erit interpolata ea seruitus prædij extremi, quous-
que in eo etiam constituratur similis seruitus, adde
tu, aut aliunde sit facultas vtendi ea seruitute per
prædium intermedium. Vnde quando, leg. qui sel-
ta. §. vlti. ff. de seruit. rust. præd. sic scriptum legi-
mus: *In rusticis autem prædijs impedit seruitutem me-
dium prædium, quod non seruit*; intelligitur illam
impedire quoad vñ illius: non verò vt in eo esse
non possit interpolata, seu interrupta, quoad vñ
illius, vt duo iura citata aperte docent. Præterea
intelligitur eam impedire, quando nec seruitus, neque
alia ratione est facultas ea vtendi per id medium præ-
dium, vt explicatum est. Idcirco autem dictum in
eo textu est, *in rusticis prædijs*; quoniam, vt ex §. in-
terpositus est dictum, in vrbibus, vt in vna domo,
comparatione alterius, esse potest vñ seruitutis do-
mus distantis, sine seruitute, ac vñ seruitutis, in-
termedia, aut intermedijs. Lege glossam. §. vlti.
citato.

Quando aliquis est in possessione, aut quasi pos-
sessione, ducendi aquam, adiuuenta sunt à iure in-
terdicta quædam prætoria ad eum tuendum in sua
possessione, aduersus prohibentem ac impediendum
eam educere, de quibus est consequenter à nobis hoc
loco dicendum. Et quidem quando aqua est quoti-
diana, iuxta ea quæ supra dicta sunt, neque educi
de loco communi, quam proinde concedere edu-
ci ad principem, aut ad communitatem atti-
net; si is, qui eam educere prohibetur, aut im-
peditur, nec vi, nec clam, nec precario, bonaque
fide, existimans se iure id efficere, neque in iure er-
rans, illam semel saltem de die, aut de nocte, edu-
xerit intra annum computatum vsque ad punctum,
in quo eam educere prohibetur, aut impeditur, com-
petit ei interdictum de aqua quotidiana nuncup-
atum, quo prohibetur obstaculum ei apponi, eum-
ve impediri, quominus illam educat ea præcisè for-
ma ac modo, quo illam intra eum annum eduxerat,
defenditurque ac conseruatur in ea possessione, aut
quasi possessione, illam eo modo ducendi, interim
dum aliunde non probatur, nullum ius eum habe-
re ad eam ita ducendum, neque præscriptionis tiri-
lo, neque quocunque alio. Ita habetur. leg. 1. ff. de
aqua. quotid. & æstin. consentitque communis do-
ctorum sententia. Competit verò id interdictum,
non solum si aqua educatur ad irrigandum, sed et-
iam si educatur ad quoduis aliud ministerium,
etiam ad vrbis animum prædium, atque etiam si aqua e-
ducatur calida. Ita habetur ibidem. §. illud qua-
ritur.

Quando autem aquam educere vellet alia forma
& modo, quam eo anno esset educa, vt quia in ma-
iori quantitate educeretur, vel alia via ac modo,
tunc impune prohiberetur ita educi, vt ibidem ha-
betur. §. illud tamen. Postquam tamen ingressa a-
qua esset prædium, ad quod educitur, tunc de il-
la efficere possit dominus prædij, quod veller, mo-
dò id non egeret in prædium eius, vnde e-
Tom. III. Pars Posterior.

ducitur, aut loci, per quem educitur & deriuatur
vsque ad id prædium, vt ibidem subiungitur, & ha-
betur. l. ex meo. ff. de seruit. rustic. prædior. Quam-
uis autem hoc interdictum ei non competat, qui in-
tra annum vsque ad punctum, in quo impeditur,
eam non duxit, esto ante eum annum inceptum il-
lam duxerit, quia tunc non censetur esse in quasi
possessione eam aquam ducendi; si tamen, cum il-
lam ante eum annum ceptum duxisset, ipse non de-
sisterit per se ipsam intra eum annum fluere in præ-
dium, quo ducta ante annum fuit, tunc competet
hoc interdictum, esto in rigore verè non possit di-
ci, ipsum intra eum annum illam duxisse. Ita sub-
iungitur. l. prima citata. §. quæ situm est, iuncta glof-
fa ibi verb. videatur, & verb. penitus, & iunctis iu-
ribus, quæ ea glo. citat.

Competit verò hoc interdictum aduersus quem-
cunque prohibentem educere aquam, vt eo anno
educa est, siue qui prohibet, dominus sit prædij, vn-
de est educenda, aut per quod educitur, siue non.
Ita habetur ibidem. §. competit. Item si duo riu-
ales, aut corruales, id est, qui aquam aliquam per
eundem riuum educant, inter se contendat de e-
ius aquæ vñ, vnoquoque contendente ad se, & non
ad alterum pertinere, eumque prohibeat, vnicui-
que competit hoc interdictum aduersus alterum, ac
proinde vtrique simul competit duplex. Item a-
gere possunt interdicto vti possidetis. Ita subiun-
gitur ibidem. §. si inter, iuncta glossa ibi verb. du-
plex. Hoc idem interdictum aduersus eum etiam
competit, qui aliquid facere aggreditur, lodiendo,
ferendo, succidendo, putando, edificando, aut quid
aliud simile faciendo, vnde sequitur, vt aquam,
quam hoc anno eduxisti, educere non possis, aut
non possis eam educere, qualem eduxisti, sed vi-
tiam quoad qualitatem, aut non in tanta quanti-
tate, in quanta es in possessione vt eam educas, &
competit, vt id efficere prohibeatur. Ita habetur
ibidem. §. Labeo putat. Quod si id iam effecit, com-
petit idem interdictum, vt illud destruat, & redu-
cat in pristinum statum, ita ut aqua educi possit, vt
antea fuit educa. Atque, quoad hoc, interdictum
hoc non est prohibitorium, vt est quoad alia, quæ
dicta sunt, sed est restitutorium, vt habetur eadem.
l. prima, in prin. Hoc verò interdictum, actiove
ex illo, quia est in rem scripta, eo quod competat ra-
tione prædij, in quod aqua ducitur, competit etiam
successoribus in eodem prædio, etiam si titulo par-
ticulari, vt emptiois, aut alio simili, in id prædium
succeedant, si prohibeantur ducere in illud aquam
eo modo, quo intra annum ducta est. Ita habetur
eadem. l. prima, §. ait prætor inter hæredes. Cepol-
la de seruit. rustic. prædior. capit. quarto, à nume-
ro 99, tradit ex Ross. Veniant tamen præxim confi-
dendi libellum iuxta hoc edictum, itemque confi-
dendi articulos, serue positiones, ac capitula que
tam ab actore, tum etiam à reo, præsentari hæc de
re debeant, vt ab eis probentur, & circa quæ aduer-
sarij interrogari debent. Eum legito.

Quando aqua est aestiua, iuxta ea quæ in princi-
pio huius Disputationis dicta sunt, neque educitur
de loco communi, quam proinde concedere edu-
ci ad principem aut ad communitatem spectat;
tunc si is, qui hac æstate eam educere prohibetur,
aut impeditur, nec vi, nec clam, nec precario,
bonaque fide existimans se iure id efficere, neque
in iure errans, illam semel saltem de die, aut de
nocte, eduxit priore æstate, competit ei interdic-
tum de aqua æstiuata ad ea omnia, quæ supra in prio-
ri edicto de aqua quotidiana dicta sunt, eoque mo-
do, quo ibi dicta sunt. Solum enim dicitur hoc edi-
ctum à præcedente, quod præcedens competit,
quando aqua, cum prædictis conditionibus bona
L. 2. fide

fide fuerat educta intra annum vsque ad punctum, in quo educi prohibetur; non vero si intra eum annum non fuerat educta, esto antea educta fuerit, quia non censetur esse in possessione eam educendi: hoc verò edictum competit, in quocunque tempore precedentis ætatis fuerit bona fide cum eisdem conditionibus educta, sumptaque ætate, non precise, pro mensibus tribus, qui sunt à solstitio æstivo vsque ad æquinoctium autumnale, sed latè pro sex mensibus, qui sunt ab æquinoctio verno, hoc est, quod incipit in fine hyberni, vsque ad æquinoctium autumnale, atque ita interdictum hoc ad longè maius tempus potest sese extendere, quam interdictum aquæ quotidianæ, vt, si statim post æquinoctium veni, in initio ætatis, quæ tunc incipit, aquam æstiuam eduxit, neque iterum illam eduxit vsque ad finem ætatis sequentis prope æquinoctium autumnale, quo tempore si prohibetur eam educere, competit ei adhuc hoc interdictum, cum tamen elapsi sunt ferè decem & sex menses. Hæc habentur lege prima, citata à §. deinde ait prætor vt, iunctis verbis precedentibus in fine prioris edicti.

21 Ei verò, qui, cum in priori ætate eam aquam non eduxisset, in ea tamen ipsa ætate, in qua prohibetur, illam ante eam prohibitionem eduxerat bona fide, & cum cæteris conditionibus explicatis, non competit aduersus prohibentem directum interdictum aquæ æstiuæ, sed utile, vt habetur ibidem verbi quæ hæc astate. Vbi glossa ait, vt hoc utile edictum in eo euentu ei competat, necessarium esse, vt triginta diebus illam eduxerit, hoc est, à triginta diebus à puncto, ex quo illam educere cœpit, aliquoties illam eduxerit usque ad punctum, in quo prohibetur, argumento. I. prima, ff. de itinere actus priuato, vbi, vt interdictum aduersus prohibentem vsu itineris per aliquod fundum ei competit, qui prohibetur transire per eum fundum, necesse est, quòd eo anno, computato vsque ad punctum, in quo prohibetur, triginta diebus eo itinere, modo explicato, fuerit vsus. Multum tamen dubitatur de veritate eius glossæ. Nam aliud longè diuersum sancitur, est, vt quis censetur esse in possessione ducenti aquam quotidianam, aut æstiuam, & vt censetur esse in possessione itineris. Ad aquam quippe possessionem sancitur, vt sufficit vnicus actus intra tempus, pro quo edictum competit, cum conditionibus requisitis: ad itineris verò possessionem tunc statuitur, vt interueniret vsus intra eum eisdem conditionibus triginta diebus intra annum modo explicato.

22 In eadem l. prima, §. citato, ff. de aqua quotidiana & æst. habetur: Si quis solitus sit educere aquam solitum hyme, & non æstate, atque prohibetur, competere illi utile interdictum aquæ æstiuæ, hoc est, infra aquæ æstiuæ, vt scilicet si priori hyme illam cum conditionibus requisitis aliqua die, aut nocte, vel semel eduxit, & in hyme hac prohibetur illam educere, competit ei hoc interdictum aduersus prohibentem: vnde tantam latitudinem temporis habet hoc interdictum vtile aquæ hymalis, quantum habet directum aquæ æstiuæ. Cepolla. c. 4. citato à nume. 103, tradit praxim conficiendi libellum, & positiones, iuxta interdictum aquæ æstiuæ. Eum legas.

23 Tertium additur interdictum, quod nuncupatur de aqua ex castello. Quando enim aqua est ita publica, quòd nefas est cuiquam illam inde educere absque principis facultate, vel senatus, aut communitatis, cui vsus & distributio illius à principe sit relicta ac permessa, iuxta ea quæ supra dicta sunt; tunc, si aliquis legitimam habeat facultatem illam educendi, vel ex castello, hoc est, loco vbi congre-

atur ea aqua, vt in edictis, ac distribuatur, (arca Hispani nuncupatur, atque ea est vna ex significationibus vocabuli, castellum) vel ex quocumque alio loco publico, vt ex riuo, aut flumine, interdictum quoad extractionem aquæ ex illo absque speciali facultate; atque prohibetur eam educere iuxta facultatem sibi concessam, competit ei prohibitorium eiusmodi interdictum aduersus prohibentem, vt eam educere sinat iuxta eandem facultatem. Modò tamen, si ex tali extractione ac ductione eius aquæ, periculù imminet alicui vicino, illi cauet de damno infecto. Nam princeps, aut communitas, nihil concedere potest cum damno & præiudicio aliorum, nisi illis resarcitur ac compensetur, quando expediret vti ea facultate, nihil impediente eo minori damno, ac proinde, quando vicino damnum aliquod imminet ex vsu talis facultatis, sique sibi de eo cauere postulat, non permittitur vsus educationis aquæ iuxta eam facultatem, nisi prius vicinus caueatur de damno infecto. Vt verò hoc interdictum alicui cõpetat, non satis est, cum antea bona fide eduxisset aquam ex tali loco publico, vt in duobus prioribus interdictis satis est vsus aquæ priuatæ bona fide intra tempus eis præscriptum; vsus necesse est, vt constat de legitima facultate sibi ad id concessa, eamque sufficienter probet, si dubia sit, alioquin locum non habet hoc interdictum. Ratio autem est, quoniam, cum educere eam aquam nulli liceat absque legitima facultate, sanè, interim dum facultatem legitimam sufficienter non ostendit, censetur esse in possessione mala fide educendi eam aquam; à quocunque tempore, de cuius initio extat memoria; neque, si bona fide illam eduxisset, sufficeret minus tempus, quam de cuius initio non extaret memoria ad sibi præscribendum ius absque facultate eam educendi aduersus tempore publicam; eaque de causa nõ competit ei hoc interdictum aduersus prohibentem illam educere. Quando autem à tanto tempore, de cuius initio non extaret memoria, eam ita eduxisset, tunc ea immemorabilis possessio non solum præsumitur fuisse cum bona fide, sed etiam cum legitimo titulo à principio ad id comparato. Hæc omnia habentur. l. 1. §. ait prætor quot. ff. de aqua quot. & æst. Cepolla vbi supra à nu. 108. tradit praxim conficiendi libellum ac positiones iuxta hoc edictum.

24 Vlpianus vbi supra. §. & datur, de eiusmodi facultate & iure, quod conceditur ad educendam aquam ex loco publico, sic ait: Datur interdum prædij, interdum personis. Quod prædij datur, extrinseca persona, (quæ scilicet id ius prædij obtinuit) non extinguitur (quia videlicet est ius ipsiusmet prædij, illudque proinde comitatur, ad quemcumque hæredem, aut successorem in eo, tale prædium transeat.) Quod datur personis, cum personis (quibus scilicet conceditur) amittitur: idèque, neque ad alium dominum prædij, neque ad hæredem, vel qualemcumque successorum, transit. Planè ei, ad quem dominum transit, impetrabile est (id est facile is impetrabit eandem facultatem aduersus. (Nam si ducerit, prædij ius aquam debitam, & si nomine eius fluxit, à quo dominum ad se transit, in dubitate impetrat ius aquæ ducende. Neque est hoc beneficium, sed iniuria, si quis fortè non impetrat. Hæc Vlpianus ibi. Quia verò hæc tota Vlpiani doctrina, copiose Disputatio. 484. à nobis est explanata, non est cur in ea iterum explicanda hoc loco immoremur.

Quartum interdictum, tribus prioribus quasi conexum ac adminiculum, traditur. ff. de riuis. Nempe in cuctibus, in quibus dictum est competere tria priora interdicta, pro diuersitate aquæ ducendæ, atque pro temporibus, pro quibus dictum est vnumquodque eorum competere, iuxta diuersitatem aquæ, quæ

quæ ducitur, quotidiana scilicet, æstiuæ, aut ex loco communi de facultate principis, aut communitatis, si eam duxerant, non vni, clam, aut precario, per aliquem riuum, aut riuos (hoc est, per loca quoad longitudinem depressa, seu declina, quibus delinitur, que sic enim in re proposita sumitur riuus, vt habetur. l. prima in prin. ff. de riuis) intra tempus prædictis interdictis præscriptum, & quis me immediatè illam per eisdem riuos ducere, aut tam eos riuos, quæ aha, ad id annexa & necessaria, reficere, & purgare, vt aqua fluat, eamque educam, non aliter, sed eo modo, quo illam antea ducebam, tunc competit mihi interdictum de riuis nuncupatum, vt prohibeatur, ne me ea facere impediatur. Ita habetur. l. prima, ff. de riuis.

26 Loca autem riuus annexa, quæ reficere ac purgare possunt, & circa quæ competit hoc interdictum aduersus eum, qui id impedit, sunt. In primis specus, hoc est, loca ad inspicendum aquam, quando per riuos subterraneos, aut coopertos, fluit, fabricata; quæ profundiora esse solent, quam sint riuus ipsi, vt in fundo fordes residere possint, indeque extrahi, ne riuos obturent; in feruientem etiam ad inspicendam aquam, an illuculque perueniat, & in quantitate, vt intelligatur, an riuus sit fractus, aut obrutus; & qua in parte, vt facilius, minorique cum sumptu ac labore, ei damno subueniri possit, sic dicta, ab inspicendo. Hispanæ aras nuncupantur. Sunt deinde septa, quæ in fluminibus, aut torrentibus, sunt ad continendam ac eleuandam aquam, vt inde per riuos extrahatur, siue ex lignis, siue ex lapidibus, aut ex aliqua alia materia sint confecta. Nostri pressas vocant, Accursus l. prima, citata verbi excogitata, & alij, Seclulas appellant. Est deinde incelle, hoc est, locus in cuius later e fluius, quo aqua ex illo extrahitur ac fluit, ab incidendo dictus, quòd petram, aut terram, incidendo fiat, vt inde aqua ex flumine deriuetur, fluereque, quo volumus, incipiat. Hæc habentur. l. prima, citata in principio. Quando aqua in vnum locum adducitur, vt inde per multos ductus fluat ac ducatur, competit etiam hoc interdictum utiè aduersus eum, qui impedit eum locum refici aut purgari. Idem quoque interdictum competit comparatione omnium riuorum, & locorum eis annexorum, ad ductumque aquæ conducentium, siue riuus in publico loco, siue in priuato, sint constituti, etiam si inferuunt ad aquam validam eis deferendam; quin & competit hoc utile interdictum ad reficiendos cuniculos, seu vias, per quas solus vapor aquæ calidæ trahitur ad locum aliquem, vbi eis vapouribus sudatur, vt morbi ea ratione expellantur. Competit etiam hoc interdictum eis personis, & aduersus eas personas, quibus, & aduersus quas, dictum est tria priora interdicta competere. Hæc subijciuntur. l. 1. §. si aqua. ff. de riuis.

27 Quando aqua est quotidiana, aut æstiuæ, vt interdictum competit aduersus impediuntem reficere, ac purgare, riuos, quibus ducitur, & res alias ad illam ducendam inferuentes, satis est si, qui ita prohibetur, probet, se illam duxisse per eos riuos bona fide, non vi clam, aut precario, eo anno, aut superiori ætate, si non fuerit aqua, quæ ducitur; neque est necesse, vt simul etiam probet, se habere verum ius ad illam ita ducendam. Ita habetur. l. prima. §. hoc interdictum competit, & l. quarta, ff. de riuis. Cum tamen circa iter per fundum alienum, quamuis vt ei, qui transire prohibetur, competit interdictum de itinere aduersus prohibentem, satis sit probare eo anno triginta diebus fuisse vsu eo itinere nec vi, nec clam, nec precario, & necesse non sit probare habere verum ius eius itineris; nihilominus, vt eadem competit interdictum de eo itinere reficendo.

28 A ciendo aduersus reficere illud prohibentem, necessè est probare, vltra usum eius itineris triginta diebus, se habere verum ius eius itineris, vt habetur. l. 3. §. ait prætor, verbi hoc autem. ff. de itin. actusque priuat. & l. quarta, ff. de riuis. Ratio autem huius desiderij, inter vtrumque interdictum de reficiendo, hæc redditur. l. quarta citata, iuncta. l. 3. §. etiam citata. Quoniam longè magis necessaria est refectio riuorum ad usum aquæ ducendæ, quam lit refectio itineris ad illo transeundum, plulque nocuenti euenire potest sitis, & detrimenti plantarum, ex eo quòd riuus, quibus aqua est ducenda, non reficiatur, quam ex eo, quòd iter non reficiatur; si quidem non propterea vltus itineris impeditur, licet difficiolior ac molestior reddatur; eaque de causa non tantam moram patitur refectio riuorum, quantum patitur itineris refectio.

Riuos, & cætera ad aquam ducendam necessaria, reficere, comprehendit, quod corruptum est, in pristinum statum reducere, seu instaurare, tegendo, substernendo, sarciendo, & edificando, quæ scilicet collapsa omnino sunt, non tamen aliquid de nouo edificando ultra antiquum edificium quippe non esset reficere, sed quod ad reficiendo distinctum, vt habetur. l. 3. in fine. ff. de itinere actusque priuato, vbi, sumpto eo modo edificare, dicitur etic distindum à reficere. Item reficere comprehendit aduehere, & asportare humeris, iumento, aut vehiculo, quæ ad prædicta efficienda sunt necessaria. Verbum autem purgare, quid importet, satis perspicuum est. Addit verò Vlpianus, purgare, non solum habere locum circa riuum, qui interger perueniat, (vt quidam existimant) sed etiam circa eum, qui refectioe indiget: cum fieri optime possit, vt refectioe & purgatione simul indigeat. Limites refectiois transgredereur; neque aquam duceret, vt antea solebat, qui riuum per aliam fundi partem vellet ducere, aut illum latiore, depresso, aut altiore, vellet facere, quam antea erat, vel aliquid aliud facere vellet cum incommoditate aliqua domini fundi quoad ipsum fundum, eaque ratione non competet et interdictum de riuis reficiendis aduersus eum, qui id illi prohiberet. Hæc habentur. l. prima, §. vltimo, & l. secunda, & tertia, in principio, & §. vltimo, ff. de riuis.

29 Vtrum autem, qui antea aquam ducebat per riuum opertum, prohiberi impunè possit, si illum aperiat, ducereque illam velit per apertum, aut è contra, qui aquam per riuum apertum ducebat, possit prohiberi, si illum opertum, vel, qui aquam per riuum terrenum ducebat, possit impediri, si ea metericium velit illum facere, & aduersus eas personas, quibus, & aduersus quas, dictum est tria priora interdicta competere, per quem ducitur, sed copiosior ad sum fundum deueniat, vel ad eundem effectum canales, aut fistulas (nostri aras ducere vocant) in eo opere, aut è contra, qui aquam per riuum camerarium, aut canales, vel fistulas, ducebat; possit prohiberi eam ducere per terrenum, ita quòd in his omnibus euentibus non competit aduersus ipsos de causis prohibentem, interdictum de riuis reficiendis, aquamque per illos ducendi. Conceratio est inter Vlpianum, Otilium, Labconem, Pomponium, & Seruum, que referuntur tribus iuribus proxime citatis, & vix, aut ne vix quidem, ita quæ tan dem sit tenendum ex eorum iurium dispositione. Iurisconsultos verò illos ad concordiam, quoad fieri possit, ad ducendo, consentaneos; ad rectam rationem, ad ipsamque; rei naturam, arbitror esse dicendum. Si à principio, quòd concessa fuit seruus, a post ducitur per fundum alienum, aliquid constitutum exspectum; fuit circa qualitatè, & modum riuorum, L 3 per